

Q. 167. 5



K. 167.









si quis in libello academico definienda non definit, vel  
perperam definit

perperam definit

- 1./ qui in circulum definit qui rem definiendam
- 2./ qui isto latius definit
- 3./ qui isto angustius definit
- 4./ qui dividit



FREDERICUS A. QUINCY  
PROFESSOR LEGUM  
SALONIAE

INSTITUTIONE  
SALONIAE

FREDERICUS A. QUINCY







QK. 167

III, 167

DE  
IVDICIIIS A QVIBVS ET AD QVAE  
PROVOCARE LICET IN TERRIS ELECTORI  
SAXONIAE SVBIECTIS

DISPVTTATIO

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS RITE  
CONSEQVENDIS

DIE XIII. IVLII A. R. S. MDCCCXCV.

H. L. Q. S.

PVBLICE DEFENSVRVS EST

AVCTOR

ERNESTVS FRIDERICVS PFOTENHAVER

IVRIS VTRIVSQVE CANDIDATVS.

VITEBERGAE,  
LITERIS TZSCHIEDRICHII.




DE  
INDICIS A GYMNASIO ET AD QVAE  
PROVINCIAE LIT IN TERRIS ELECTORIS  
SAXONIAE ELECTORIS

DISPENSATIO

1770

HELVETICIS VICTORVM GEBRUE SUTTORIAE  
ET SERRA IN VITAE VITAE BONAERIS VITAE  
SUTTORIAE



PROFESSOR  
PHILOSOPHIAE ET MATHESIAE  
SUTTORIAE

VITAE  
SUTTORIAE








§. 1.

**T**errae, quae imperio Electoris Saxoniae subsunt, non solum ex Electoralibus et ex iis, quae iam antiquis temporibus sub potestate Ducum Saxoniorum constitutae erant, (*aus den Chur- und alten Erblanden und den ihnen einverleibten Provinzen*), sed etiam ex nonnullis Prouinciis et Dynastiis, recentioribus temporibus ab Electoribus Saxoniae acquisitis, consistunt. Illae ab Augusto in sex Circulos diuisae sunt, quibus deinde septimus accessit, et vnum quasi corpus efficiunt iisdemque Collegiis subsunt; hae vero vel tanquam peculiariae prouinciae per se subsunt, vel cum prouinciis antiquioribus (sive in totum s. maxima ex parte) coniunctae sunt. Praefertim vero pleraeque prouinciae, recentioribus temporibus sub ditionem Electoris Saxonici redactae, ab antiquioribus ita differunt, vt Electori mediate tantum subiectae sint. Aut enim habent Collegia iustitiae subordinata, aut dominos, quibus iura quaedam superioritatis territorialis competunt. Multa igitur atque varia iudicia in terris Electori Saxoniae subiectis deprehendimus, cum superiora, tum inferiora, generalia et specialia; ac operae pretium esse

A

esse



esse videtur exponere, quaenam causae ad quoduis iudicium pertineant, quibus limitibus contineatur, cuius directioni substat, et praefertim ad quod in singulis casibus prouocari queat. Non enim quoduis iudicium, ad quod a iudice inferiore prouocatur, etiam ius habet ei extra hunc casum aliquid praecipendi, nec vice versa a Collegio subordinato semper ad id, cuius directioni hoc aliis in casibus subest, appellari potest. Quam quidem rem, cum eam nemo ex instituto tractauerit, nec ea, quae WABSTIVS<sup>(1)</sup> et A ROEMER<sup>(2)</sup> commemorant, sufficere videantur, ego in hoc libello academico tractare constitui.

## §. 2.

*multos sunt  
vel superiorum  
ordinum, vel  
gregarii  
nullae sunt vel  
venerunt, vel sub  
horum,*

Quo melius vero ea, quae expositurus sum, intelligantur, necesse erit, vt non solum Collegia Iustitiae superiora, sed etiam Regimina et Cancellarias subordinatas et iudicia inferiora, cum generalia tum specialia, iusto ordine recenscam. Collegia superiora, vel

I.) ad omnes terras Electori Saxoniae subiectas se extendunt, et quidem potestas eorum,

A.) ad omnia cuiuscunque generis negotia cum externa tum interna, adeoque etiam ad causas iustitiae pertinet. — Referas huc *Consilium Principis Sanctius*, cuius directioni simul reliqua Collegia Superiora subsumt. Hoc enim exercet iura summae potestatis nomine et auctoritate ipsius Electoris, quae hic *sibi suoque Collegio (dem geheimen Cabinet)* non expresse referuauit. — Vel

B.) Ad

(1) *In der historischen Nachricht von des Churfürstenthums Sachsen und der dazu gehörigen Lande jetziger Verfassung, Leipz. 1732.*

(2) *Im Churfächs. Staatsrechte, Th. II. S. 235qq.*



B.) Ad quaedam negotia adstricta est, pertinet huc

a) *Supremum Redituum Fiscalium Collegium* (*das geheime Finanz-Collegium*), quod rebus fiscalibus et domanialibus praest, nec non iurisdictionem, quam Princeps in nonnullis causis e. g. metallicis sibi reseruauit, eius nomine exercet.


b) *Supremum Collegium Militare* (*das geheime Kriegsraths-Collegium*), cui omnes res militares, adeoque etiam causae iustitiae militares demandatae sunt. — Quaedam vero Collegia respiciunt

II.) praesertim ad terras Electorales et antiquas hereditarias in septem circulos diuisas, simul vero ad reliquas prouincias posteriori tempore cum Electoratu vel plane, vel certo respecta coniunctas, nimirum ad tres Episcopatus, Principatum Querfurtensem, Comitatum Mannsfeldensem, Barby, Dynastias Comitum de Solms et omnia alia Regimina et Cancellarias subordinatas, excepta tamen vtraque Lusatia, Ganerbinatu Treffurtenensi, Dynastiis Comitum de Hatzfeld; Blankenhayn, Niederkranichfeld et Gleichen, et terris Hennebergicis. Pertinet huc

a) *Regimen Aulicum* (*die Landesregierung*) in omnibus causis politicae et iustitiae, praesertim in causis feudalibus. Huius directioni subsunt omnia iudicia inferiora, specialibus legibus non excepta. Curiae Prouinciales vero et pleraque alia Regimina subordinata huius Collegii potestatem tantummodo agnoscunt duplici respectu,

- 1) quatenus ab his ad illud prouocari potest;
- 2) quatenus illud potestatem legislatariam exercet.

*males est is, qui  
necessarius potest  
chancarius vult  
sibi est p. aed. d.  
v. c. g. g. v. r. h.  
quod d.*



- b) *Iudicium Appellationum* in causis ciuilibus, quae partim in prima instantia ibi tractantur, partim per modum appellationis ad id delatae sunt. Praefertim ad hoc pertinent causae feudales. — Praeterea huc refertur
- c) *Supremus Senatus ecclesiasticus* in omnibus rebus ad cultum diuinum et societatem religionis Christianae spectantibus; cuius potestas tamen ad vtramque Lusatium, Episcopatum Martisburgensem et Numburgensem, et terras Schwarzburgicas se non extendit. — Quaedam vero Collegia
- III.) Ad certas quasdam regiones in terris Electoralibus et hereditariis antiquis adstringuntur, et quidem
- a) *Curiae Prouinciales*, Lipsiensis et Vitebergensis in causis iustitiae, (exclusis causis politiae), et quidem exceptis causis feudilibus, criminalibus, et aliis. Confr. §. 11.
- b) *Consistoria*, Dresdense, Lipsiense et Vitebergense in causis ecclesiasticis Consilio Principis Sanctiori et Senatui Ecclesiastico non referuatis.

## §. 3.

Sequuntur nunc reliqua Collegia Cancellariae et Iudicia subordinata, quae I.) iurisdictionem secularem exercent, et quidem 1) *Regimen Wurzenense* in episcopatu Misnico, 2) *Martisburgense*, 3) *Zitense* in episcopatu Numburgensi, 4) *Praefectura superior* (das ehemahlige Oberaufseheramt, jetzige Oberamt seit 1789), in Comitatu Mannsfeldensi, 5) *Regimen in Frankenhause*n, 6) *in Sondershausen*, in terris Schwarzburgensibus; 7) *Regimen Glauchense*, Comitum de Schoenburg; 8) *Cancellaria Stollbergensis*, 9) *Cancellaria Principibus Schwarzburgensibus* et  
Comi.





Comitibus Stollbergensibus communis, quae se extendit ad Praefecturas Heeringen et Kelbra.

## §. 4.

II.) Iudicia ecclesiastica, quae in quibusdam Saxoniae Prouinciis comprehenduntur, sunt: 1) *Consistorium Wurzenense*, 2) *Martisburgense*, 3) *Numburgense*, 4) *Glauchense*, 5) *Consistorium Rosslauense*, 6) *Iudicium ecclesiasticum inferius in Ebeleben*, 7) *in Dynastia Sommerwalde*, 8) *in Frohdorf*.


## §. 5.

Iudicia inferiora sunt: 1) *Praefecturae Electorales*, 2) *Senatus oppidani*, 3) *alia Iudicia patrimonialia, praediorum equestrium possessoribus, Academicis*, et interdum etiam *parochis in dotales concessa*.

## §. 6.

Iudiciis specialibus, quae iurisdictionem in causis quibusdam exceptis administrant annumerantur: I.) *Iudicia militaria*, quae constituuntur a Superiore militari, adhibito Actuario, et a quibus ad Supremum Collegium militare prouocari potest. II.) *Iudicia metallica*; pertinent huc: a) *Praefectura Metallica Superior Friburgensis vna cum Praefectura ei subiectis*, b) *Praefectura metallica in Eisleben*, c) *Praefectura Heenebergica in Suhl*. III.) *Iudicia*, quae iurisdictionem in causis postarum exercent: a) *Praefecturae Postarum Superiores*, b) *Lipsiensis*, c) *Burdissinensis*. IV.) *Iudicium, quod Accisae Commissarius et Inspector constituit in causis ad accisam spectantibus*. Quae iudicia sub n. II. III. et IV. allata *Supremo Redituum fiscalium Collegio subsunt*. V.) *Iudicium Mercatorium Lipsiense*.





## §. 7.

Nunc etiam nominanda sunt Collegia Iustitiae, quae in Prouincijs Consilio Principis Sanctiori subiectis inueniuntur. I.) In Lusatia superiori: a) *Praefectura Superior et Iudicium Ordinarium der Verordneten von Land und Städten*, b) *Iudicium Aulicum Budissinense*, c) *Gorlicense*, d) *das Waisenamt zu Budissin*, e) zu Görlitz, (\*) f) *Iudicium Decani et Capituli episcopatus Budissinensis*, g) *Consistorium in Dynastia Muscau*. II.) In Lusatia inferiori: a) *Praefectura Superior*, (die Oberamtsregierung), b) *Iudicium Prouinciale*, c) *Consistorium Lubbenense*, d) *Consistorium subordinatum in Forsta*, e) *in Sorau*. III.) In terris Hennebergicis: a) *Regimen Schleusingenense*, b) *Consistorium*. IV.) In Ganerbinatu Treffurtensi: a) *Praefectura Temstadiensis*, b) *Cancellaria Hassiaco-Rothenburgica*, c) *Iudicium inferius Electori Saxoniae cum Electori Moguntino et linea Hassiaco-Rothenburgica commune*. V.) In Dynastijs Comitum de Hatzfeld, Gleichen, Niederkranichfeld et Blankenhayn; *Praefectura Temstadiensis*. Horum iudiciorum omnium suprema instantia est *Consilium Principis Sanctius*.

## §. 8.

In terris Saxonice Electoralibus et antiquis hereditarijs, ii, qui neque Schriftfässici sunt, nec, ob munus ipsis demandatum, vel ob bona, quae possident, forum priuilegiatum habent, in prima instantia aut Prae-

(\*) VON ROEMER im *Churfächf. Staatsrechte*, Th. II. S. 181. has Praefecturas aßert sub nomine *das adeliche Waisenamt zu Budissin*, sed sunt duae, alteram Goerlitii deprehenditur, quibus non nobiles solum, sed etiam ignobiles subsunt, qui iurisdictionem Praefecturae Budissinensis et Goerlicensis immediate agnoscunt.



Praefecto Electorali,<sup>(1)</sup> aut Senatui oppidano, aut alii iudici patrimoniali subsunt. Senatus oppidani vero et reliqua iudicia patrimonialia vel schriftfassica sunt vel amtsfassica; haec Praefecturae, intra cuius fines sita sunt, iurisdictionem ita agnoscunt, vt ab iis ad hanc prouocari possit.<sup>(2)</sup> Praeterea quoque iudicia amtsfassica plerumque inferiori tantum iurisdictione praedita sunt, superior enim Praefecto cedit. Si vero eiusmodi iudicia sunt Schriftfassica, vni e Curiis Prouincialibus et Regimini Dresdensi subsunt, nisi ratione priorum exemptionem docere queant. Patet igitur ex his, eos, qui Senatus oppidani, vel alius iudicis patrimonialis amtsfassici iurisdictionem agnoscant, tres habere appellationis instantias, Praefecturam, vnam e Curiis Prouincialibus, et Regimen Aulicum, quae tamen, si, quod licet, Curiae praetereantur, ad duas redigi possunt: cum contra Schriftfassici, quippe qui a iurisdictione iudicis inferioris exempti sunt, si eorum causa in Curiis tractatur, vnam, nimirum Regimen Dresdense, sin coram Regimine, vel potius coram Iudicio Appellationum disceptatur, nullam superiorem habeant instantiam, ita tamen, vt loco appellationis Leuteratio et Oberleuteratio iis concedatur.

## §. 9.

- (1) Praefecti quidem etiam in Schriftfassicos iurisdictionem exercent, quae tamen non est ordinaria, sed delegata, vel rescriptis in singulis casibus; datis vel etiam legibus generalibus exempla inuenies in dem *Kriegsgerichts-Reglement, Abschn. II. §. 5. 6. Mand. d. 20. Decbr. 1766. Gen. d. 10. Jul. 1783.*
- (2) Etenim a Iustitiario, quippe qui iurisdictionem mandatam exercet ad mandantem s. ad dominum iurisdictionis prouocare non licet, HOMMEL *Obs. 600.* quamuis hoc statuatur CARPZOVII in *Proc. Tit. 18. art. 1. n. 35.* Aliud tamen statuendum est de iudice delegato, cui  
a su-

Regimen Aulicum igitur est suprema appellationis instantia, (§. 2.) ad hoc enim non solum a iudiciis inferioribus, sed etiam a Curiis Prouincialibus, Consistoriis et aliis Collegiis Iustitiae subordinatis provocatur. Etenim, quamuis Consilium Principis Sanctius supremum Saxoniae Collegium sit, tamen ex praescripto regulae ad id non provocari solet, modo I.) vtramque Lusatiam, II.) Comitatum Hennebergicum, III.) Ganerbinatum Treffurtensem, IV.) Dynastias Comitum de Hatzfeld, V.) Consistoria in Episcopatu Martisburgensi et Numburgensi, (in quibusdam casibus,) exceperis. At vero Regimen Dresdense, appellatione interposita, non de meritis causae cognoscit, sed tantummodo iudicat vtrum grauamina, ob quae prouocatum est, ita comparata sint, vt vltiori deductione et cognitione opus sit, ideoque appellatio ad iustificationem admitti queat, an vero statim reiicienda sit. Priori casu inhibitoriales decernit et causam Supremo Prouocationum Senatui tradit, qui deinde modo legibus praescripto procedit. Posteriori vero, reiectio, quae rescripto ad iudicem inferiorem transmissio partibus significatur, fit ex triplici ratione, vel quia in casu obuiio appellare non licet, vel in causa, in qua alias prouocatio conceditur, grauamina idoneo fundamento desistunt, vel denique quia genus processus solennem iustificationem non admittit. Posteriori casu vero iudex superior, si ratio idonea adest, quid iustum sit, statim exprimit. Hoc praesertim accidit I.) in causis minutis;


a superiore haec vel illa causa specialis demandata est (§. 11.) Cfr. quoque D. C. A. C. Ulich *Abb. von Apellationen*, Viteb. 1788.



tis; (1) pertinent huc eae 1) quarum obiectum, exclusis vsuris, L. florenos Misnicos non excedit, 2) etiam res immobiles, quarum pretium hanc quantitatem non egreditur, 3) plures ex diuersis agendi causis oriundae praestationes, quae singulae ultra L. omnes vero coniunctim exceptis vsuris (2) ultra C. florenos non adscendunt, 4) iura, annuae praestationes et onera realia, quorum aestimatio quotannis II. thalerorum pretium non excedit 5) fors L. florenis maior, cuius tamen partem reus sponte agnoscit, ita, vt, quae residua sunt, L. florenos non superent, 6) causae famulitii et quae 7) calculum concernunt. (3) In his causis omnibus, quae a iudice inferiori modo in Mandato d. a. 1753. praescripto tractantur, facta prouocatione Regimen Dresdense ita cognoscit, vt contra eius decretum vltior, prouocatio locum non habeat. Idem quoque ius reliquis Cancellariis subordinatis, quae alias, appellatione interposita et ad iustificationem recepta, sententiam a Dicasterio petere solent; salua tamen vltiori prouocatione ad Regimen Aulicum. (4) Causis iam expositis quodammodo etiam aequiparantur causae politiae, opificiorum (5) et commerciorum, quas

- (1) O. P. R. Tit. 1. §. 6. Mand. d. 28. Novbr. 1753.
- (2) Nisi vsurarum quantitas sorti aequalis fit, quo casu causa pro ordinaria habetur.
- (3) Non, si de obligatione rationes reddendi disceptatur, sed si vitia rationum notantur, quo casu aduersarius, quae ipsi iniuste in rationes relata videntur, recenset, (*er muß unter fortlaufenden Nummern Defecte ziehen*) rationarius respondet, ille denuo se defendit et rationarius, tanquam reus, concludit.
- (4) O. P. R. Tit. 1. §. 6.
- (5) Modo non de iure prohibendi disceptetur, tum enim probatio iniungi et modo processu ordinario praescripto procedi solet.





quas Regimen ad relationem iudicis inferioris sponte et sine prouocatione faciendam statim cognoscit et decidit. Eodem modo II.) in causis criminalibus, quae processu inquisitorio vel denunciatio tractantur, appellatio quidem reiicitur, sed, si argumenta idonea allata fuerint, aut ulterior defensio reo permitti, aut poena irrogata statim minui, mutari vel remitti solet. Causis, ob quas appellatio reiicitur, expositis, nunc quoque quotuplici modo reiectio fiat, commemorandum est. Fit enim I.) simpliciter adhibita formula: *wir haben die Appellation reiiciret, wir tragen der Appellation zu deseriren Bedenken*, quo modo tamen appellatio non tam a Regimine, quam potius ab instantia intermedia e. g. a Curiis Prouincialibus reiici solet ita ut ulterior prouocatio ad iudicem superiorem salua sit; II.) Cum clausula: *ihr wollet euch durch weiteres Appelliren nicht irren lassen*, quae efficit ut appellatio denuo interposita non effectum suspensiuum, sed deuolutiuum tantummodo habeat, nisi, aut noua grauamina allata sint, aut tertius, ob commodum vel incommodum, quod ex causa in eum redundat, prouocauerit. Neque tamen appellatio in hoc casu effectum suspensiuum habebit, si quis ad Consilium Principis Sanctius vel ad Principem ipsum (*an die geheiligte Person des Landesherrn*) appellauerit, (6) quamuis, ob reuerentiam Principi eiusque Collegio debitam, relatio facienda sit. III.) Denique appellatio etiam reiicitur cum clausula, quae omnimoda vocari solet: *ihr wollet euch durch weiteres Appelliren nicht irren lassen, es geschehe von wem, oder wohin es wolle*.  
Eius.

(6) LEYSER. *Medit. ad Pand. Sp. 654. m. 3.* HOMMEL. *Obf. 444. Resolut. ad Script. prael. comit. Sax. de ao. 1716. in C. A. p. 330.*



Eiusmodi reiectio efficit vt appellatio denuo inter posita nec suspensiuum nec deuolutiuum effectum habeat, sine discrimine vtrum tertius eam interposuerit, an noua grauamina allata sint, ne tum quidem si ad Consilium Principis vel ad ipsum Principem prouocatio directa sit. Quodsi vero iudex inferior nihilsecius relationem ad iudicem superiorem confecit non solum sportulas exigere nequit, sed etiam aduocatus qui hoc remedio temere vsus est X. thaleris, ad iudicem superiorem transmittendis, coercetur.

## §. 10.

Senatus Prouocationum, qui pro summo tribunali in Saxonia Electorali habendus est, tum demum ius habet de appellationibus interpositis cognoscendi, si eae a Regimine fuerint admissae. Etenim facta prouocatione relatio fit ad Regimen, quod deinde acta supremo Prouocationum Senatu tradit, vt hic inhibitoriales decernere possit. Lata sententia causa plerumque ad iudicem inferiorem remitti solet, nisi hic forte in modo procedendi peccauerit, vel alia iusta causa contrarium suadeat. Remissoriales tamen a Regimine petuntur. A summo Prouocationum Senatu vterius ad Imperii tribunalia appellare non licet, ob priuilegium de non appellando, cum omnibus Electoralibus in Aurea Bulla (1) concessum, tum imprimis Electori et Ducibus Saxoniae a. 1559. expresse confirmatum. (2) Nihilsecius vero querela protractae vel denegate iustitiae recte, coram Iudiciis Imperii instituitur, (3) cum nullus Imperii Status hac querela exemptus sit, quamuis sententia a Supremo Prouocationum Senatu lata, post rem

B 2

iudi.

(1) *Art. II. §. 3.* (2) In *Lünigs Reichsarchive, Parr. spec. Cont. II. p. 312.*(3) *Ord. Cam. d. a. 1521. Tit. 21. §. 1. Ord. Cam. d. a. 1555. Parr. III. Tit. 34. Rec. Imp. nov. §. 121. 122. HOMMEL. Olsf. 631.*

iudicatam, vi privilegii de non appellando, statim executioni mandari possit, (4) ideoque hoc privilegium non fiat elusorium. Leuteratio vero, quin Oberleuteratio in causis immediatis et quae his equiparantur (5) contra sententias definitivas et mixtas, et quidem posterior loco appellationis alias competentis conceditur ita, vt de ea admittenda non, vt olim, Regimen, cum Senatus Prouocationum cum eo esset arctissime coniunctum, (6) sed ipse Senatus arbitretur. Ceterum vero in hoc Iudicio etiam disceptantur causae civiles schriftfassicorum in prima instantia, praesertim feudales, quae priuatiue huc pertinent. Requiritur tamen vt cae a Regimine, quod primam cognitionem habet Senatus Prouocationum fuerint traditae, (7) nisi forte Procurator fisci ob feloniam actionem; priuatoriam instituat, quae statim a Senatu Prouocationum admitti solet. (8) In causis criminalibus ei nulla cognitio competit, nisi quis forte iniuste carcere inclusus vel alio modo in processu criminali iniuriam perpeffus sit, et propterea ad indemnitatem consequendam agere velit. (9)

## §. II.

In prouinciis Saxoniciis antiquis et nonnullis postea adquisitis Curiae Prouinciales, Lipsiensis et Vitebergensis iurisdictionem non solum in prima


- (4) CARPZOV. *Part. I. const. 20. def. 24. 25.*  
 (5) Causa deuoluta equiparatur immediatae si a sententia interlocutoria appellatum, atque in Appellationum Iudicio reformatoria lata, neque simul remissio decreta sit.  
 (6) GLAFEY *Kern der sächs. Geschichte, S. 82.* WABST'S *historische Nachrichten etc. S. 159.*  
 (7) *Appell. Ger. Ordn. de ao. 1734. Tit. Wer vor unser Appellat. Ger.*  
 (8) *Refcr. d. 20. Jul. 1736. C. A. I. p. 458.*  
 (9) *Appell. Ger. Ordn. de ao. 1605. Tit. Wer vor unser Appell. Ger. in C. A. I. p. 1234.*



prima instantia in schriftfascicos exercent, sed etiam ita, vt a iudiciis inferioribus ad eas prouocari possit. Habet vero quaeuis Curia concurrentem iurisdictionem cum Regimine Dresdensi atque propterea non solum actori electio competit, ~~corum~~ quo iudicio reum schriftfascicum conuenire velit, sed etiam cuiusuis arbitrio relictum est, velint a iudice inferiore antea ad Curiam Prouincialem, et ab hac, appellatione frustra tentata, ad Regimen Dresdense, an vero, omitta Curia, statim ad illud prouocare. Modo causa ad ordinariam iurisdictionem iudicis inferioris pertineat, nam, si ei a Regimine iurisdictione in hoc vel illo casu delegata est, non ad Curias, sed ad Regimen tanquam iudicem committentem, prouocari debet. Cum Curiae iurisdictionem habeant cum Regimine Dresdensi concurrentem, praeventione demum huius vel illarum iurisdictione in singulis casibus fundatur. Vt vero Regimen Dresdense, causis in Curiis pendentibus sponte se non immiscet, ita quoque hae in causis Regiminis cognitioni iam traditis nihil statuunt. (1) Curiae vero duplici respectu Regimini Aulico sunt subiectae. Primo enim ab iis vltius ad Regimen prouocari potest, ideoque illae inhibitoriis appellatione a Regimine recepta transmissis obsequium praestare et ab vltiori causae cognitione abstinere debent. Deinde quoque Regimen, vi potestatis legislatoriae, Curiis non solum Leges et Mandata transmittere sed etiam Rescriptis, quomodo in hoc vel illo casu iuris dubio pronuntiandum sit,

B 3

(1) Quodsi Curiae, causa iam suscepta, animaduertant ab vltiori cognitione abstinere et actor omnes expensas restituere debet. *Befehl vom 30. April 1749. C. A. I. p. 479.*



fit, significare solet. Alias enim Curiae subsunt Sanctiori Principis Consilio.

At vero iurisdictio Curiae Prouincialibus competens non solum respectu causarum, quae ibi tractari possunt, sed etiam ratione finium intra, quos exercetur valde limitata est. Etenim Curiae tantummodo cognitio competit in causis ciuilibus exceptis tamen I.) feudilibus, quae sunt controuersiae inter personas qualitate feudali in eadem Curia praeditas aut iure saltem in feudo iam constituto gaudentes de re vel facto feudali subortae. (2) Lites enim inter Vassallos agitatae, quae nexum feudalem non concernunt in Curiae recte tractantur, ita tamen vt hae, sine venia Curiae feudali impetrata, executionem in feudum decernere non possint. (3) Neque etiam in II.) causis politicae (4) et III.) criminalibus aliquid statuunt, nisi forte in processu criminali vitium a iudice committatur, e. g. si reo legitima defensio denegetur, vel quis sine causa idonea carcere includatur, quo casu appellatione interposita mandatis et rescriptis id corrigunt, atque, vt legitime procedatur, vel a Collegio, quod publica auctoritate de iure respondet, informatio petatur, praecipiunt. (5) Negandum tamen non est Curiae, nostris temporibus, raro occasionem praebere tale quid iubendi, cum iudices, modo in causis criminalibus procedendi valde emendato, magnam

(2) Cfr. BOEBMERI *Elem. Iur. Feudal.* §. 373.

(3) WABST'S *historische Nachricht von des Churfürstenthum Sachsens Verfassung*, S. 107.

(4) *Rescr. d. 3. Septbr. 1698. d. 11. Septbr. 1717. in C. A. p. 1706. Rescr. d. 24. Jul. 1734. C. A. C. I. 476.*

(5) *Testatur hoc CARPZOVIUS in Processu, Tit. II. ar. 2. n. 105.*



gnam adhibere soleant cautionem, ne tam grauiter peccent, vt eiusmodi prouocatione opus sit, deinde quoque, in hoc casu etiam ad Curias prouocari posse, plerisque, qui audierunt, causas criminales ab earum cognitione esse exemptas, incognitum est. Praeterea etiam Curiae nullam habent cognitionem, IV.) in causis metallicis, (6) V.) forestalibus, VI.) venatoriis, et iis, quae VII.) ad cursum publicum, et VIII.) ad redditus fiscales Principis spectant, (7) hae enim ad Collegium Supremum Redituum Fiscalium pertinent. Porro etiam Regimen Aulicum, exclusis Curiis, cognoscit IX.) in eo casu, si de operarum aedilitiarum moderatione quaestio oritur ita, vt res ex obseruantia et pacto decidi nequeat, quo casu nec iudex inferior decretum dare, neque sententiam a Dicafterio petere, sed, quamuis forte ad Curias prouocatum sit, relationem ad Regimen Aulicum conficere debet. (8) Denique X.) Mandatum d. 25. Mart. 1689. (9) praecipit: *dasi die Ober- und Hofgerichte, gleich allen andern Collegiis, über Dinge, so zur Obersteuereinnahme und zu den Landesverwilligungen gehören, auch*

(6) *Refer. d. 19. Jul. 1735. C. A. C. I. p. 1367. d. 6. May 1745. ibid. p. 1398.* Quanam causae metallicis annumerentur docet SCHAYMBURG in der *Einleitung zum Sächf. Rechte, Tb. II. S. 557-59.*

(7) *Mand. d. 9. April 1605. d. 9. Septbr. 1654. Decret. de ao. 1705.*

(8) *Const. Elect. 52. P. II. Decis. de ao. 1661. Refer. d. 12. Septbr. 1754. C. A. C. I. p. 481. Cf. quoque BERGERI Suppl. ad Electa disc. for. p. 1698. edit. rec. HOMMEL Obsf. 530.* Quae dispositio, quamuis, cum leges operarum aedilitiarum moderationis tantummodo mentionem faciant, ad has solas restringenda videatur, (vt censet WERNER, *P. II. obsf. 363.*) vulgo tamen de omnibus accipi solet.

(9) in *C. A. II. p. 1527.*

auch in das ius collectandi und die Militaria, da alles in bloßen Praestationibus ex causa publica besteht, einlaufen, keine Klage annehmen, sondern selbige ab- und an den gehörigen Ort weisen sollen.

Ex his, quae de limitibus, quibus iurisdictio Curiarum circumscribitur, exposuimus, facile deduci potest regula: in causis a Curiarum cognitione in prima instantia exclusis etiam a iudice inferiore ad eas prouocare non licet. Noli vero hanc regulam conuertere, atque ita intelligere, quasi causae, in quibus ad Curias prouocari nequeat, etiam ab iis in prima instantia tractari non possint. Quamuis enim, ut iam dictum est, Curiae a causarum criminalium cognitione abstineant, ideoque nec in processu inquisitorio nec denunciatio ad eas prouocari possit, tamen iniuriae a schriftfässico alicui illatae Curiarum cognitioni in prima instantia recte subiiciuntur.<sup>(10)</sup> Deinde quoque in causis minutis, quarum cognitio Curis in prima instantia non denegatur, ad eas appellari nequit.<sup>(11)</sup>

Si vero contendimus in causis quibusdam a iudiciis inferioribus ad Curias prouocari posse, hoc tantummodo intelligendum est de iis, quae vni ex Curis subsunt, cum non ad omnes Saxoniae prouincias, sed praesertim ad antiquiores se extendant, et quaeuis ad certam regionem adstricta sit. Iurisdictio Curiae Prouincialis Superioris Lipsiensis pertinet ad Circulum Thuringicum, Misnensem, Lipsiensem, Montanum, Variscum, Neostadiensem; non vero I.) ad Comitatum Mannsfeldensem, <sup>(12)</sup> II.) Episcopatam Misnensem, <sup>(13)</sup> Martisbur-

genslem  
<sup>(10)</sup> MENKEN D. de foro competente Vafallorum Sectio III. §. 16. p. 68.

<sup>(11)</sup> Mand. d. 30. Noubr. 1753. §. 7.

<sup>(12)</sup> Mand. d. 25. Decbr. 1630. C. A. I. p. 1319. d. 1. Maii 1660. ibid. p. 1326.

<sup>(13)</sup> Rescr.



genſem et Numburgenſem, <sup>(14)</sup> III.) Schneebergam, <sup>(15)</sup> IV.) Dynaſtias Comitum de Schoenburg, quae pactis inter Electorem Saxoniae et Schoenburgicos d. 4. Maii 1740. initis continentur et Regimini communi Glauchenſi ſubſunt, ita, vt neque hoc Regimen, neque ipſi Schoenburgici iurisdictionem Curiae Lipſienſis vllō modo agnoſcant. <sup>(16)</sup> V.) Regimina Principum de Schwarzburg in *Frankenhausen* et *Sondershausen*. <sup>(17)</sup> VI.) Principatum Querfurtenſem. <sup>(18)</sup> Curia Vitebergenſis ſe extendit ad Circulum Electoralem, quo etiam pertinet Comitatus Barby, <sup>(19)</sup> nec non Dynaſtiae Baruth et Sonnewalde.

## §. 12.


Supremus Senatus eccleſiaſticus exercet ius ſummum circa ſacra per totam Saxoniam, ſi vtramque Luſatiam, Episcopatum Martisburgenſem et Numburgenſem et terras Schwarzburgicas excipis, ita tamen, vt Conſilium Principis Sanctius quaedam ſibi expreſſe reſeruauerit. <sup>(1)</sup>

In

- (13) *Reſer. d. 15. April 1613.* in *CARPZOVII Reſponſis, lib. I. reſp. 125.*  
 (14) *Reſer. d. 26. Iun. 1616.* *CARPZOV. lib. II. reſp. 15. n. 18. Reſeſſ. de ao. 1657. §. 56.* *WABST. l. c. Sect. II. cap. 4. §. 16.* Ius tamen ſubditos episcopatum immediate citandi Curia Lipſienſis exercitio ſibi conſeruauit.  
 (15) Ob priuilegium, cuius mentionem facit *NICOLAI in Proceſſu iur. cap. I. §. 17.* et *WABST l. c. Sect. II. cap. 2. §. 5.*  
 (16) *Reſeſſ. d. 4. Maii 1740. §. 4.* in *RÖMERS Churf. Staatsrechte, Th. III. S. 289-92.*  
 (17) *Reſeſſ. de ao. 1719. §. 12.* Generatim igitur nullum ex Regimini- bus et Cancellariis ſubordinatis Curiae ſubest, ſi Cancellariam Stoll- bergenſem, et Cancellariam Schwarzburgico-Stollbergenſem, quae ad Heeringen et Kelbra ſe extendit, excipis.  
 (18) *Befehl vom 1. Jul. 1746.* *C. A. C. I. p. 346.*  
 (19) *Befehl vom 18. May 1746.* *C. A. C. I. p. 481.*  
 (1) *Cfr. von RÖMER im Churf. Staatsrechte, Th. II. S. 128.* *WABST l. c. p. 160-163.*

C





In rebus eius curae demandatis, praesertim ad politiam ecclesiasticam spectantibus, Senatus Ecclesiasticus est suprema instantia, cum causae ecclesiasticae iustitiae ad Regimen pertineant. A decretis Supremi Senatus ecclesiastici, nomine Principis conceptis, quamuis nulla prouocatio concedenda videatur,<sup>(2)</sup> tamen, ea suscepta, relatio ad Consilium Principis Sanctius facienda est,<sup>(3)</sup> vt ab eo rejici possit.

§. 13.

Consistoria pro Collegiis Iustitiae superioribus habenda sunt,<sup>(1)</sup> cum a iudice inferiore seculari, praesertim vero ab Ephoris, qui ius primae notionis habent, in rebus ad eorum cognitionem pertinentibus<sup>(2)</sup> vel sponte, vel interposita appellatione relatio ad ea facienda sit, iisque, quamuis iurisdictionem criminalem non habeant, plura iura, quam quae iudici inferiori competunt, concessa sint.<sup>(3)</sup> Quodammodo etiam Supremo Senatus ecclesiastico, in causis politiae ecclesiasticae, et Regimini, in causis iustitiae, subiecta sunt, et ab iis vltior prouocatio admittitur; ita quidem, vt, si a Decreto Consistorii Dresdensis, Vitebergensis et Lipsiensis (etiam aliorum legibus specialibus non exceptorum) prouocatum est, relatio semper ad Regimen Dresdense facienda sit, quod, si animaduertit, rem esse eiusmodi, quae ad Supremi Senatus Ecclesiastici decisionem pertineat, Rescripto relationem

(2) *Consistor. Ordu. Tir. Wie weit sich des Synodi Amr etc.*

(3) *Rescr. d. 23. Marr. 1706. Mand. d. 21. Marr. 1702. in C. A. I. p. 871. Regulatio zu Entscheidung der zwischen der geistl. und weltl. Gerichtsbarkeit obgewalteten Irrungen, §. 17.*

(1) Exercent etiam quaedam iura politiae ecclesiasticae, quae hoc loco exponi non possunt.

(2) Quo praesertim causae sepulturae et matrimoniales referuntur.

(3) *WABST l. c. S. 154.*



nem ad eum faciendam esse iubet.<sup>(4)</sup> Si vero contra decretum a Supremo Senatu ecclesiastico nomine Principis datum appellatio interponitur, a Consistoriis denuo ad Senatum, et ab hoc ad Consilium Principis relatio facienda est.<sup>(5)</sup> Praeterea quoque regula; a Commissario ad iudicem committentem prouocandum esse, exceptionem patitur in Consistoriis, haec enim, si a Commissariis ab iis datis appellatio interponitur, etiamsi nulla ulterior prouocatio adiecta sit, tamen apostolos ad Regimen Dresdense mittere debent.<sup>(6)</sup>

Nunc etiam limites, quibus Consistoriorum iurisdictio, personarum, causarum et locorum ratione, adstringitur designandi sunt. Quanam causae et personae Consistoriis subsint generatim definiiri nequit, obtinet tamen in plerisque terris euangelicis regula: *quaecumque causae iure Canonico rebus ecclesiasticis annumerantur, in foris protestantium quoque in Consistoriis sub eadem qualitate ventilantur.*<sup>(7)</sup> In Saxoniam huc pertinent I.) in omnibus causis personalibus; 1) ii qui ratione muneris a Consistorio sunt confirmati,<sup>(8)</sup> id quod etiam ad eorum viduas, liberos,<sup>(9)</sup> (quamdiu illae aliud vitae genus non eligant, hi vero minores sint, vel, adepta maiori aetate, negotia ciuilia non tractent et in domo matris, quae sub iurisditione eccle-

C 2

sialtica


(4) *Regulario zu Entscheidung der zwischen der geistl. und weltl. Gerichtsbeh. abgewalt. Irrungen de ao. 1782. §. 17.* (5) *ibid. l. c.*

(6) *Rescr. ad Consist. Lips. d. 25. Novbr. 1748. d. 28. Aug. 1749.*

(7) I. H. BOEHRER. *Ius eccles. Prot. Tom. I. lib. II. Tit. 2. §. 33. p. 996.*

(8) *Cburf. Sächs. Kirchenordnung, Tit. Von Immunitäten und Freyheiten der Kirchen- und Schuldiener, C. A. I. p. 334.* In delictis grauioribus Clerici praevia degradatione iudici seculari traduntur, cui etiam in causis realibus et in eo casu, si connexitas causae separationem non permittit, subsunt. (9) *Regulariv etc. §. 22.*





fiastica remanſit, commorentur) et famulitium<sup>(10)</sup> extenditur; 2) conductores rerum eccleſiaſticarum et agrorum parochialium, qui clericorum aedes inhabitant. <sup>(11)</sup> II.) In cauſis perſonalibus et realibus ſimul; dotales, (*die Pfarrbauern, Wiedemuthsleute, Pfarrdotalen*) qui, velut in dotem eccleſiae conceſſi, certas parochi praeflare tenentur operas. <sup>(12)</sup> III.) In cauſis officii; adminiſtratores bonorum eccleſiaſticorum et reddituum, qui ex pia cauſa proueniunt, <sup>(13)</sup> turricolae, <sup>(14)</sup> tubicines, <sup>(15)</sup> oſtiarii, <sup>(16)</sup> ſacculi ſonantis miniſtri, <sup>(17)</sup> calcatores folium <sup>(18)</sup> et veſpillones. <sup>(19)</sup> Praeterea cauſae matrimoniales, etiam eorum, qui forum priuilegiatum habent, <sup>(20)</sup> lites de iure patronatus, de locis in aedibus ſacris, de coemeteriis, de ſepulchris hereditariis agitatae Conſiſtorii deciſionem expectant.

## Loca

- <sup>(10)</sup> BEYER *Addit. ad CARPZOV. lib. III. def. 6.*  
<sup>(11)</sup> Si vero ex obſeruantia iuriſdictionem ſecularem agnoſcunt, immediate tamen ab eis citari nequeunt. RIVINVS in *Enunc. ad Ord. Proc. Sax. Tit. IV. en. 37.*  
<sup>(12)</sup> BEYER *Addit. ad CARPZOV. lib. III. def. 357.* BERGERI *Elem. diſc. for. Suppl. P. I. p. 33.* *Reſ. Grav. de ao. 1661. Von Conſiſtorialſachen, §. 4.* Naturam dotalium exprimit *Reſcr. d. 8. Ian. 1741.* KUESTNER ad DEYLINGII *Prud. paſt. p. 257.*  
<sup>(13)</sup> *Vorſteher der Kirchen, Hoſpitäler, Wittwen- Waifen- und Kranken- häuſer, auch anderer milden Stiftungen, in quibus tamen ad fundationem reſpiciendum eſt.*  
<sup>(14)</sup> Ob pullationem campanae, quae iis plerumque incumbit, et in *Arz. Gen. 39.* ad ritus eccleſiaſticos reſertur.  
<sup>(15)</sup> Ratione muſicae eccleſiaſticae III. HOMMELII *Juriſpr. eccl. p. 10.*  
<sup>(16)</sup> THOMASII *Kirchenrechtsgelahrheit, cap. IV. §. 6.*  
<sup>(17)</sup> In vniuerſum de his perſonis. Cfr. *Diſp. G. G. KLINCKHEDT de Pſeudoclericis hodiernis, Prael. I Conf. TRILLERO deſenſa, Vireb. 1794.*  
<sup>(18)</sup> III. HOMMELII *Juriſpr. eccl. p. 10.* <sup>(19)</sup> *Regulario etc. §. 3.*  
<sup>(20)</sup> *Ordn. von den beyden Conſiſt. zu Leipzig und Wittenberg, Tit. Von der Juriſdiction eines jeden Conſiſtorii.* BERGERI *Electa diſc. for. Suppl. P. II. p. 25.* Quod perſonas academicas attinet, haec diſpoſitio ex preſſe confirmata eſt. *Reſcr. d. 14. Octbr. 1689. C. A. I. p. 1007.*




Loca vero, ad quae Consistoria se extendunt, quod attinet, Consistorio Dresdensi subest, I.) circulus Misnicus, excepta Torgauia, II.) Montanus, excepta Cygnea, (*Zwickau*), III.) Waldheim, Leisnig et Colditz, IV.) Dobrilugk. Ad Lipsiensem pertinet, I.) maxima pars circuli Lipsiensis, II.) circulus Variscus, III.) Neostadiensis, IV.) Comitatus Mannsfeld, V.) Querfurth et Helldrungen. Vitebergense se extendit, I.) ad circulum Electoralem et Comitatum Barby, II.) inspectionem Torgauensem, III.) Iüterbogk et Dahme.

Dotales in quibusdam locis non Consistoriis, sed iudicio parochi, (*den Pfarrgerichten*), quod a paracho, adhibito actuario et scabitis, constituitur, subsunt. Nunc vero quaestio oritur, ad quamnam iudicem ab hoc iudicio sit prouocandum. In antiquioribus scriptoribus nihil certi hac de re inuenies, at vero lex noua, ad dirimendas lites inter iudices seculares et ecclesiasticos iurisdictionis causa exortas, lata, praecipit, I.) vt iurisdiclio parochi in dotales non praesumenda sed probanda sit a paracho, et ipsius causae decisio ad Regimen Aulicum pertineat,<sup>(21)</sup> II.) iudicia parochi in dubio amtsfassica habeantur, ideoque ab his ad Praefecturam cui subsunt, prouocandum sit.<sup>(22)</sup> Sed quaestionem, vtrum in eo casu, si qualitatem schriftfassicam idoneis argumentis probauerint, ad Consistorium, an ad Regimen prouocandum sit, directe non decedit, cum vero ex verbis: — *die Landesregierung, als unter welcher auch die Pfarrdotalgerichte, gleich jeder andern über Civilsachen erkennenden Unterinstanz, zu stehen haben,*<sup>(23)</sup> appareat, haec iudicia reliquis iudiciis inferiori-

(21) *Regulatio etc. de ao. 1782. f. 1.*

(22) *ibid. §. 21.* (23) *ibid. §. 1.*





bus equiparari, appellatio non (nisi forte in iis casibus, in quibus alii iudices seculares ad Consistorium referunt) ad Consistorium, sed ad Regimen dirigenda est. (24)

§. 14.

A iudiciis ad Episcopatum Wurzenensem pertinentibus ad Regimen Wurzenense et ab hoc ad Regimen Dresdense prouocandum est. Potest vero etiam Regimen Dresdense extra casum appellationis, quid fieri velit, significare, et Regimini Wurzenensi negotia quaedam expedienda demandare. (\*) Nec desunt exempla, non solum Monitoria, sed etiam Poenalia a Regimine Aulico ad Regimen Wurzenense fuisse decreta, quae alias plerumque a Consilio Principis Sanctiori decerni solent. Praeterea obserues, a Praefectura Episcopatus Misnensis, quae a Syndico administratur, statim ad Regimen Aulicum prouocari, quod tamen non ad Syndicum, sed ad Capitulum rescribere solet. Etiam a Regimine Martisburgensi et Numburgensi ad Regimen aulicum prouocatur, quod tamen ad illa extra casum appellationis non rescribere solet.

(24) Cfr. *Responsum a Consistorio Lipsiensi datum in APELII Disp. de origine rusticorum dotalium, Lips. 1795. p. 51.* Ceterum vero obserues iudiciis parochi in dotales semper tantummodo inferiorem iurisdictionem competere, cum superior, aut Patrono cedat, aut Praefecturae, ad quam referuntur.

(\*) *Churf. Aug. Capit. d. 10. Octbr. 1581. in LUENIG. Spicileg. eccl. Th. II. Append. S. 99.* Damit das Domcapitel und die Seiftskände mit den Nachreisen vershonet; so wollen wir jederzeit neben unserm Hauptman zu Wurzen einen Canzler verordnen und demselben befehlen, wenn geistliche Sachen vorkommen, den Generalsuperintendenten zu Wurzen zu sich zu ziehen, und, so oft es Noth, mit unserm Vorwissen zu handeln, damit also eine kleine Regierung in weltlichen und geistlichen Sachen des Ortes bestellt werde, welche wir auch in Commissionsachen zu gebrauchen haben. Cfr. quoque *Rescr. d. 16. April. 1613. apud CARPZOV. lib. III. resp. 125. et Capit. perpet. de ao. 1763. §. 1.*



folet. Sed haec Regimina, appellatione ad iustificationem recepta, sententiam a Dicasterio petere solent, ipsa enim, si causas minutas, politicae et iniuriarum excipis, non decidunt.

§. 15.

A iudiciis inferioribus in Comitatu Mannsfeldensi non proxime ad Regimen Aulicum prouocari potest. Etenim, quamuis anno huius saeculi LXXX., mortuo Principe de Fondi haec Prouincia tanquam feudum apertum ad Electorem Saxoniae rediret, tamen Praefectura, cuius inspectioni et administrationi iam anno 1570. reditus Comitum de Mannsfeld, ob aes alienum, quod sibi contraxerant, committentur nostris adhuc temporibus ibi deprehenditur, eique loco Inspectoris Superioris (*des Oberaufsehers*) anno huj. saec. LXXXIX Praefectus superior (*Oberamtman*) praest. A praefecturis igitur inferioribus et a Senatibus oppidanis in Eisleben, Neustadt - Eisleben et Hettstaedt ad Praefecturam Superiorem et vterius ad Regimen prouocatur. Praefecturae Superiori etiam olim subiecta erat Cancellaria Comitum de Mannsfeld, quamuis hi, ob privilegium *d. d. Augsburg d. 10. Octobr. 1519.* ius ad Iudicia Imperii prouocandi sibi tribuerent. (\*) Consistorium Mannsfeldense ao. huj. saec. LXXX. cum Lipsiensi coniunctum est. Olim etiam in Principatu Querfurtensi erat Iudicium Prouocationum et Consistorium, vtrumque vero sublatum est, ita, vt ad Regimen Dresdense prouocandum sit, et causae ecclesiasticae partim in Consistorio Vitebergensi, partim in Lipsiensi tractentur.

§. 16.

(\*) Quod tamen Privilegio Electori et Ducibus Saxoniae ao. 1559. dato sublatum erat, ibi enim leguntur verba: *Wir wollen auch allen beschriebenen Rechten und des Reichs Ordnung so — diesem Unserm Privilegio zuwider seyn möchten — derogirt haben.*



Principes Schwarzburgici quatuor habent Regimina in Rudolstadt, Arnstadt, Sondershausen et Frankenhausen. Duobus posterioribus tantummodo feuda Saxonica subsunt, et ab his ad Regimen Dresdense appellatur. Sed a prouocante certa pecuniae summa, pro quantitate obiecti litis definita (in causis incertae aestimationis V. X. floreni) deponenda est, quae, appellatione reiecta, iudici a quo cedit.<sup>(1)</sup> Extra casum appellationis Regimen Dresdense nihil statuit, ut etiam ipsi Principes Schwarzburgici siue in causis personalibus siue realibus (solis feudalibus exceptis) iudiciis Saxonis non subsunt.<sup>(2)</sup>

Comitibus Schoenburgicis, agnita demum, post multas inanes disceptationes, superioritate territoriali Electoris Saxonici, concessum est, ut Regimen commune Glauchae habere possint, quod tamen Regimini Aulico ita subiectum est, ut non solum ad id prouocari possit, sed hoc etiam extra casum appellationis rescriptis quid fieri vel omitti velit, iubeat.<sup>(1)</sup> Obserues tamen appellationes contra ipsa iura Comitibus de Schoenburg in Reecessibus de ao. 1730. concessa tum demum admittere, si iis aliqua ratione abusi sint.<sup>(2)</sup> Noli vero hoc ita intelligere, quasi Regimen Glauchenfe appellationem, quae non contra abu-

sum

- (1) *Recess. de ao. 1719. §. 13. in HEYDENREICH'S Historie von Schwarzburg, S. 321-29.*  
 (2) *Recess. de ao. 1699. §. 4. de ao. 1719. §. 13. Quamuis alias in Saxonia omnes Vasalli ob Landassiatum plenum simul sint subditi in causis personalibus et realibus.*  
 (1) *Recess. d. 4. Maii 1740. in VON RÖMERS Churf. Staatsrechte, Th. III. S. 285-319.*  
 (2) Verba: *wenn in Modo excediret worden, Rec. cit. §. 4.*



sum eiusmodi iuris sed contra ipsum eius exercitium directa est, pro arbitrio reuocare vel saltem vim suspensiuam ei denegare possit, relatio enim nihilofecius facienda et reiectio expectanda est, cum iudicium de appellatione admittenda vel reicienda in Saxonia Electorali nunquam iudici, a quo prouocatum est, competat. (3)

Non vero omnes Praefecturae et Dynastiæ comitum de Schoenburg Regimini Glauchensi subsunt, sed tantummodo Glaucha, Waldenburg, Lichtenstein, Hartenstein et Stein, quae Reecessibus d. a. 1740 expressa sunt et propterea *die fünf Reecessherrschaften* vocantur. Reliquae enim Praefecturae et iudicia Schriftfassa in terris Schoenburgicis Curiae Prouinciali superiori et Regimini Aulico subiecta sunt. (4) Inveniuntur itaque in V. dynastiis, Reecessibus d. a. 1740. expressis, tres infantiae, iudicia inferiora, Regimen Glauchense et Regimen Aulicum, nisi quod etiam iudicia deprehendantur, (5) quae nulli ex V. Praefecturis sed Regimini Glauchensi immediate subsint, et propterea Schriftfassa vocari queant. (6)


§. 18.

A Cancellaria Comitum de Stollberg, quae Stollbergae est, et iurisdictionem in feuda Stollbergenfium Saxonica exercet, prouocatur ad Curiam Prouincialem Superiorem et ad Regimen Aulicum, ita, vt etiam

- (3) O. P. R. Tit. 25. §. 8. *Resolut. ad script. prael. Comit. Prov. de ao. 1719.* LEYSER Sp. 655. m. 15.  
 (4) Pertinent hac Praefecturae: Penig, Wechselburg, Röchsburg, Remmiffau, et iudicia schriftfassa in Wiederau, Ziegelheim, Langenlungwitz et Oelsnitz.  
 (5) Recensentur in RÖMERS *Churf. Staatsrechte, Th. II. S. 295.*  
 (6) Negat hoc CANZLER *Tableau historique etc. Tom. I. p. 451.* Sed eum recte propterea reprehendit. VON RÖMER *loc. cit.*

D





etiam eodem modo, quo ad aliud iudicium Schriftfafficum, refcribatur. (1) Eadem ratione a Cancellaria Schwarzburgico-Stollbergensi, quae iurisdictionem in Kelbra et Heeringen exercet, (quae praefecturae a Principibus de Schwarzburg Rudolstadt et Comitibus de Stollberg Rosla coniunctim possidentur) ad Curiam Superiorem et ad Regimen Dresdensē prouocatur. (2) Ebeleben vero nulli Regiminum Schwarzburgensium subest, sed eodem modo, quo reliqua iudicia schriftfaffica, tractatur.

## §. 19.

Consistorium Wurzenense eodem iure aestimatur, quo reliqua Consistoria in prouinciis Saxonice antiquis, subest igitur Supremo Senatui ecclesiastico, et ab eo, facta prouocatione, relatio fit ad Regimen Dresdense. Consistoria in duobus reliquis episcopatibus Supremo Senatui ecclesiastico non subsunt, sed in causis administrationem iustitiae et episcopatum concernentibus quoduis ad Regimen Episcopatus, facta prouocatione, vel etiam extra hunc casum refert, in aliis vero Consilio Principis Sanctiori subsunt. (\*)

## §. 20.

Consistorium Glauchense in causis matrimonialibus et aliis, quae ad Consistorii cognitionem et decisionem pertinent, relationem ad Regimen

- (1) WABST *l. c.* S. 228. Vtraque Stollbergensium linea cum Stollbergensis, tum Roslauenensis superioritatem territorialem Electoris Saxonici agnouit. Quanam vera sit Stollbergensium ratio cognoscatur ex *Recessibus de ao. 1554 1568. 1671. 1731. 1740.*
- (2) GLAFEX *Kern der Sächs. Gesch.* S. 682 85. De Praefecturis Kelbra et Heeringen habemus *Recessum de ao. 1748.* cuius argumentum tamen maxima ex parte est incognitum.
- (\*) Singulos casus, in quibus Consilium Principis Sanctius, et in quibus Regimina episcopatum cognoscunt, exprimit *Rescriptum d. 3. Maii 1741.* cuius argumentum commemorat SCHAVMBURG in *der Einleir. zum Sächs. Rechte, Tb. II. Exercit. 3. §. 97. S. 413.*



gimen Dresdense facit, (1) in causis ius summum circa sacra concernentibus, et, si contradecretum a Senatu Ecclesiastico datum appellatum fuerit, ad Senatum Ecclesiasticum referre debet. (2)

§. 21.

Consistorium Rostlaviense tantummodo pro iudicio ecclesiastico inferiori habendum est, quod iurisdictionem in personis et causis ecclesiasticis exercet, iura Consistorii ei non competunt. Subest, ut reliqua Consistoria, Regimini Dresdensi et Supremo Senatui ecclesiastico. Eadem est ratio Consistorii Schwarzburgici in Ebeleben. Ceterum vero a Regiminibus Schwarzburgensibus in Sondershausen et Frankenhäusen, quae simul etiam iurisdictionem ecclesiasticam exercent, in causis iustitiae quoque ad Regimen Dresdense prouocari potest; etenim ius episcopale non Electori Saxoniae sed Principibus de Schwarzburg competit. (\*)

§. 22.

Consistorium in Dynastia Sonnewalde, (quae in causis iustitiae leges Saxonicas (\*) et Regimen Dresdense, tanquam superiorem instantiam, agnoscere debet,) quamuis non Consistorium, sed iudicium ecclesiasticum inferius; neque is, qui ei praest, *Director* sed *Vorsitzender*

D 2 nomi-


(1) Errat igitur CANZLER, qui, hoc Consistorium Lipsiensi subiectum esse, putat. *Tableau historique* etc. Tom. I. p. 447.

(2) *Rec. d. 4. Maii 1740. §. 15.*

(\*) *Rec. d. 8. Octbr. 1719. §. 11.* Nicht weniger soll quoad sacra daselbst (in den Schwarzburgischen Landen) alles in der Verfassung, wie es ao. 1624. gewesen, und noch ist, mirhin das Haus Schwarzburg bey dem Jure episcopali ferner verbleiben, jedoch das die Appellationes in geistlichen Justiz- und Parreysachen an die Churfürstl. Sächs. Landesregierung ergeben.

(\*\*) *Rescript, dasi in allen Justizsachen der Herrschaft Sonnewalde nach Churfürstlichen Gesetzen zu sprechen, d. 29. Jun. 1763. C. A. C. I. p. 407.*





nominari debeat, vera tamen Consistorii iura exercet secundum normam anno huius Seculi XXXIX. ei praescriptam, et facta prouocatione eodem modo, quo Consistoria in Prouincijs Electoralibus et antiquis, ad Regimen, vel pro re nata ad Supremum Senatuum ecclesiasticum refert, secundum eandem legem, quae reliquis Consistoriis anno huius saeculi LXXXII. promulgata est. Contendit quidem VON ROEMER *l. c. Th. II. S. 227.* hoc Consistorium a Christiano Duce Saxonico-Martisburgenſi esse sublatum et cum Consistorio Lubbenenſi coniunctum, sed parum recte; etenim Elector Saxoniae hoc prohibuit, quod eo maiori iure fieri poterat, quo certius constat, Dynastiam Sonnewalde Christiano a Commissariis Electoralibus neque fuisse traditam, neque etiam possessores huius Dynastiae ei homagium praestitisse.

§. 23.


Domini de Werthern habent quidem iudicium ecclesiasticum inferius quod a iusticiario adhibito clerico et scabinis constituitur et in appellationis instantia Regimini Aulico subest, tamen iura Consistorii ei non competunt, sed, vt aliquando ex actis iudicialibus cognoui, a Consistorio Lipsiensi exercentur. — Nunc quidem reliquum esset vt etiam alia, quae supra §. 2. nominavi iudicia considerare, ne vero fines disputationi academicae destinatos ignorare videar, finem facere ac, si opera mea aequis lectoribus non displicuerit, alio tempore, si commoda scribendi occasio data fuerit, hanc materiam absolute constitui. Caeterum ego non sum is, qui mihi persuadeam nulla inesse huic libro, quae emendari possint, et gratum mihi faciet is, qui, qua in re errauerim, argumentis satis idoneis probauerit.

THE









## V.

*Mortuo domino Iustitarius iurisdictionem continuat, donec heredibus, iusta ex causa, mutatio placuerit.*

## VI.

*Intercessio mulieris Scto. Vellejano renunciantis legum Romanarum rationi contraria vsuque fori tantummodo introducta est, nec obstat L. 3. ad Sctum Vellej.*

## VII.

*Fundamentum obligationis, quae quasi ex contractu oritur, non est consensus fictus vel praesumptus, sed aequitas naturalis legibus ciuilibus confirmata.*

## VIII.

*A citatione mediata differt subsidiaria.*

## IX.

*Reus, ob cuius contumaciam lis pro negatiue contestata habita fuit, non omnes exceptiones amittit.*

## E m e n d a n d a :

Pag. 6. n. \* loco *alterum*, lege altera. pag. 12. lin. 12. post verb. *actionem del.*  
 - 7. n. 1. post verb. *casibus del. comma.*  
 - 14. lin. 11. post *venia* adde: a.  
 - 20. not. 11. del. verba: *ab eo.*  
 - ma, et post. verb. *daris* ponendum.





Kl. 20 39 OK

X 231 3672



ULB Halle  
004 927 419

3









QK. 167

III, 167

DE  
IVDICIIIS A QVIBVS ET AD QVAE  
PROVOCARE LICET IN TERRIS ELECTORI  
SAXONIAE SVBIECTIS

DISPV TATIO

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRO SVMMIS IN VTROVVE IVRE HONORIBVS RITE  
CONSEQVENDIS

DIE XIII. IVLII A. R. S. MDCCCXCV.

H. L. Q. S.

PVBLICE DEFENSVRVS EST

AVCTOR

ERNESTVS FRIDERICVS PFOTENHAVER

IVRIS VTRIVSQUE CANDIDATVS.

VITEBERGAE,  
LITERIS TZSCHIEDRICHII.

